1738

neque Inscriptione praesenti Adinutal afici et
inonerari possunt. Suprascripto Gnoso Marito suo
cum pleno Iure reservatis. Ihis suis praesentibus
Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus,

Stetkiewiczowa Marito suo Res mobiles Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Ge-
742 nerosa Sophia Ligeziank[illegible], olim Gnosi Francisci
de Bobrek Ligeza cum olim Gnosa Elisabetha de
Osiecko Debowska Consorte eius legitima procreata
filia, Gnosi vero Alexandri Stetkiewicz Subdapi-
fero Smolensciae Consors legitima cum eiusdem Ma-
riti sui et Tutoris Coniugalis personali assistentia
et Utrones ad infrascripta recognoscenda consensu
sana mente et corpore existens a Terris Distri-
ctibus Iuriis Iurisdictionibusq suis quibus vis
propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iuris-
dictioni quoad Actum hunc attinet, secum Suc-
cessoribus Bonisq suis generaliter omnibus totali-
ter et plenarie incorporando atq subiiciendo pa-
lam libere publice, ac per expressum recognovit.
Quia ipsa in recompensam Inscriptionis Donatoriae
super res mobiles generaliter omnes in quacunq
forma et materia existentes per suprascriptum
Maritum suum in rem et Personam sui Recognscen-
tis. Coram Actis Castrensibus Capitanealibus Ro-
ensis Civitatis Korczyn seu aliis quibusuis authen-
ticis Regni facti et recogniti Res itidem mobiles
generaliter omnes, in quacunq materia et forma

existentes suas proprias, tam vigore Iuris natura-
lis post Parentes suos, quam Iure successivo post
quosvis personas se Recognoscentem modo quovis
concernens, cum omni praemissorum Iure, proprietate,
competentiaque et praerogativa quavis omnibus et
singulis, rerum earundem mobilium utilitatibus, fru-
ctibus proventibus reditibus commodis emolumen-
tis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis
generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris
proprietatis ac cuiusvis competentiae et praeroga-
tivae pro se Recognoscente suisque Successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo, ve-
rum prout praemissa omnia se Recognoscentem con-
cernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex
nunc et defacto suprascripto Generoso Alexan-
dro Stethiewicz Subdapifero Smolenscensi Ma-
rito suo, eiusque Posteris dedit, donavit, inscripsit
et resignavit, prout dat, donat, actitulo pureque me-
rae et irrevocabilis Donationis, inscribit, et re-
signat praesentibus. Per ipsum Generosum Subda-
piferum Smolenscensem Donatarium suum eiusque Po-
steros res easdem mobiles generaliter omnes prae-
sentibus donatas, cum universis earundem utilitatibus
et usufructibus competentiaque et praerogativa qua-
vis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quie-
te et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Suc-
cessorum quosvis bene placitos usus fructus libe-
re et effectualiter convertendi Inscriptionis prae-
sentis Donatariae vigore.

Czerminskie Coniuges